



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiae Doctoris Canonici Ecclesiae  
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temulentia  
Malo, Eiusque Remediis, Variis Item Scitu Iucundissimis,  
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

**Förner, Friedrich**

**Ingolstadii, 1603**

Præfatio, libri methodum complexa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45433**



# DE TEMVLEN- TIA ET EBRIE,

TATE

## LIBER II.

Præfatio, libri methodum  
complexa.

**V**T promisso stetur, & quam orsi sumus tela, superius iam cœpta methodo continuetur; statuo; & cum ratione; satis modò perspectam, & ad Lydium lapidem, quasi probatam agritudinem Temulætiæ atq; eius periculosa, quibus comitata venit, symptomata. nunc ad medelam conuertenda orationis pharmaca.

Medicis hoc proprium, hoc vsitatum, vt ad propulsandum quilibet morbi, è noxiis humoribus exorti, primò, antequam euacuatio instituat, & roborantia vigorem corporis adhibeantur, syrupos præbeant, quibus noxiæ superfuitates moueantur, à suis sedibus conuulsæ decussentur, atque in vnum aggregentur quasi cumulum sen-

K 2 tina

zina, ut sequentis pharmaci, expulsiua virtute, promptius omnes eiiciantur. tum quae viscera viuificant, quae sanguinem innouant, quae spiritus redintegrant, & quae malum omne abstergunt, remedia conuenientius applicantur.

Quod compendium, & nostro nos modulo sequimur, isthoc operis praesentis libello secundo. Primum, eximia sobrietatis laude, & exemplis Christi ac sanctorum, quin etiam complurium Ethnicorum, haud quidem prolixè memoratis; tum postea Temulentiae, tam internis, quam externis circumstantiis, enucleatim declaratis, immoderatè bibendi vitium, quasi conuellemus. Superaddito dehinc pharmaco, potissimum è praecipuis, quae Ebrietatem consequuntur, nocentibus, & ira diuinae comminationibus, & eius generis compluribus veluti speciebus mixto, omnem Temulentiae malitiã, quodãmodo euacuabimus. Tum demum remedia proferemus, quae sobrietatè possunt, ut veram animi temulenti sanitatem, conciliare.

Quid restat? Erunt quidam, qui sanari nolent, Temulentiam vsu inolitam euitare recusabunt, fucos obtendent, & praetextus varios, ut culpam à se omnem remoueant. quocirca, & eorum futiles naniae refellendae; quod extrema huius libri parte praestitum.

Hac habe, lector beneuole, Perioches loco.